

**Grey Scale #13**

A 1 2 3 4 5 6 8 9 10 11 12 13 14 15 17 18 19

R G B WH GR BL

C M Y K

DANES-PICTA .COM

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19


**Colour Chart #13**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

DANES-PICTA .COM



XVI, 31-42



XVI, 35-40.

Divi Joanni Chrysostomi

1. De non contemnenda Ecclesia  
Dei

2. De divitiis et paupertate


3. De inebrietas et ebrietate

4. De adversa valetudine

5. De anima

6. De humilitate





D.  
4346

DIVI IOAN.  
NIS CHRYSOSTOMI  
ARCHIEPISCOPI CON  
STANTINOPOLITANI  
ORATIO DE HVMI  
LITATE, MARTI  
NO CROME  
RO INTER  
PRETE



XVI, 39



MAGNIFICO DOMI/  
Seuerino Bonero, Castellano &  
Præfecto Bieensi, magno Pro  
curatori Arcis Cracouiensis,  
Salinarum item, & Os/  
wencimēsi, Zatho/  
riensi, Rapstinen/  
siq; Præfecto,  
Martinus Cromerus,  
S. P. .D



Olent opifices, Seuerine Bo  
nere, vir clarissime, qui flex  
xiles tractant materias, quã  
maxime in contrariũ addu  
cere, si quid curuũ corrigere  
volunt. Hoc in natura humana corrigen  
da, vt parua magnis cõponam, secutus est  
optimus & sapientissimus rerum omiuũ  
conditor & moderator Deus. Nancq; ea  
primorum generis humani parentum cul  
pa cum à rectitudine sua discessisset, per su  
perbiam deprauata, p id quod cum supers  
bia pugnat ex diametro, ad pristinam res

A ij

ctius

Etitudinem suam à Christo Iesu Seruato  
re nostro reducta est : qui cum in forma  
Dei esset, vt inquit Apostolus eius Paulus  
non rapinā arbitratus est, esse se equalem  
Deo, sed exinaniuit semetipsum, formam  
serui accipiens, factus opprobrium homi-  
num & abiectio plebis, vt ipse alibi de se te-  
stificatur, humili auit semetipsum factus o-  
bediens vsq; ad mortem, mortem autē cru-  
cis. Idem nobis, quotidie atq; omni penē  
momento à se declinantibus remediū, atq;  
etiā antidotum reliquit, cum ipse per se,  
tum per suos, quos elegit, & Spiritu sancto  
afflauit: vt cum sit radix omnium malorū  
superbia, per contrariā despicientiam *suā, nostrā*  
siue humilitatem ( vt interim trito hoc in  
scholis theologorum vtamur vocabulo, qñ  
aliud, quo ταπεινωφρωσων vel exprimamus,  
non habemus ) vel in viam rediremus, vel  
à via ne deflecteremus. Verum illud mirāt  
nonnulli profanę philosophię studiosi, qui  
nam fiat, vt cum per omnia penē, quę qui-  
dem ad vitam & mores instituendos perti-  
nent, lex Diuina cū præceptis philosophię,  
quę ex lege nature ducta sunt, congruat,  
in hac parte ex toto dissentiat : præsertim  
cum



cum ea in hoc allata sit cœlitus , vt legem naturę in primo ortu animis hominum diuinitus perspicue impressam, sed mox peccato obscuratam, & aliquanto post praua peccandi cōsuetudine penitus obliteratedam, renouaret. Quam enim Diuina lex summam virtutem, & quasi apicem virtutum omnium esse statuit, ea philosophis omnino virtus non est, ita vt nōine etiam apud ipsos careat. Nisi forte εἰρωνεία ea est, hoc est, dissimulatio, τῆ ἄλλοθενεία, id est, arrogantię contraria, vel sane μικροψυχία quam nos, verbum de verbo exprimentes, pusillanimitatem dicimus, humilitati nostrę aliquanto similior. At vero tam dissimulatio quàm pusillanimitas non modo virtus nō est apud illos, sed vtrūq; in vicio ponitur.

Vndenam igitur hæc dissensio: nescio: Nisi forte deflexisse hac in parte etiam philosophiam à lege naturę existimādum est. Cum enim prisci homines, acuti quidem illi & ingeniosi, verum deriuata ex traduce peccati mētis caligine impediti, verę hominum originis ignari, neq; quicq; de corruptela naturę suspicati, tam bona, quàm mala in arbitrio & potestate nostra penitus

tus posita esse iudicarent, nuda cogitatione  
magis, quam actiōibus vires humanas ex  
pendentes: consequens fuit, vt omnia sua i  
se posita esse putantes, viciosum esse statu  
erent, sese despicerere, sibiq; displicere, quasi  
ignorantem bona sua. At Diuina sapien  
tia, cū oculos cœcorū aperuisset, & admi  
rabile lumen, cœlitus delapsa, animis homi  
num offudisset, ostendit, malum quidem  
omne nobis ex nobisipsis prorsus existere:  
bonum vero, ne velle quidem, nedum per  
ficere, in nobis solis situm esse: qđ vtrūq;  
Deum in nobis operari, ita vt ipsi placet,  
testis est diuus Paulus, Idemq; nihil quē  
q̄ prorsus habere, quod non acceperit, alibi  
dicit. Itaq; ergo addit, Si aut acceperisti, qđ  
gloriaris quasi non acceperis, cum magi  
stro nimirum suo consentiens: Qui, cum  
perfeceritis, inquit, omnia, quę p̄cepta sunt  
vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quę de  
buimus facere, fecimus. Quod cum ita sit,  
quid reliquum est: nisi vt, Deo bona no  
stra omnia accepta referentes, nobisipsi di  
spliceamus, & humiliemur sub potēti ma  
nu Dei, vt is, qui superbis resistit, humili  
bus det gratiam. Quę cum tāta sit vis hu  
militatis.

militatis, vt ea omnium virtutum atq; bonorum largitrix, vel sane ministra nō perperam dici possit, amplectenda est nobis profecto omnibus, & summis & imis, & bonis & malis, ambabus, quod dicitur, manibus. Eam nobis laudat & cōmendat, ad eam nos imprimis exhortat Chrysofom<sup>o</sup> in hac oratione, quam nos, vt in his occasionibus nostris fieri potuit, latinam factam, tibi Bonere ornatissime nuncupatā in lucem edimus, vt per te, quem fortunę & ingenij dotes amplissime cum virtute coniunctę minime extollunt, orationem hanc de humilitate nostri homines accipiant, humilitatemq; cupide amplectantur: simul vt hoc extet meę in te obseruantię qualescunq; argumentum. Deus te sospitet, omniq; felicitate cumulet: Quod quidem in primis ciues mei Bieenses, quibus bene pręes, certatim optant.

DIVI IOAN  
NIS CHRISOSTOMI  
ARCHIEPISCOPI CON  
STANTINOPOLITANI  
DE HVMILITATE O  
RATIO, MARTINO  
CROMERO IN/  
TERPRETE▶

**C**um peccatum humilie  
tati coniunctum fuerit  
adeo expedite currit,  
vt iustitiam cum super  
bia consociatam transcendat, &  
anteuertat: Quod si cum iustitia eã  
iunxeris, quo non pertinet? quos  
non transgredietur homines? Ad ip  
sum planè Regium soliũ in medio  
Angelorum adstabit magna cum fi  
ducia

ducia. Quod si peccata sua fatentes,  
tantam sibi fiducia comparant, quas  
non adipiscunt coronas in, qui multo-  
rum bonorum sibi consci, animu  
suum humiliant. Quapropter, ut in-  
numerabilia desuper ædifices, ut ele-  
mosynā, ut preces, ut ieiunium, ut  
omnem virtutem: nisi hæc in funda-  
mento prius substrata fuerit, omnia  
temere & frustra superstruentur.  
Nihil enim est, nihil, nostrorum recte  
factoru, quod absque hac stare possit.  
Veruetiam si temperantiam dicas,  
si virginitatem, si pecuniæ despicien-  
tiā, siue quidlibet aliud, omnia im-  
munda, execrabilia, abominabilia  
sunt absente humilitate. Propterea  
namque ex duabus substantiis condi-  
dit nos Deus, ut cum insolentia quidem  
elatus fueris, carnis te vilitas reprimat;  
cum autem indignu quid & alie-

A v num

num honore à Deo tibi dato cogi-  
taueris, animi nobilitas ad cœlestiū  
potestatiū emulationē te reducat.

Magnum em̄ bonum est, cognatio-  
nem propriā intueri, & nosse vnde  
constiterimus. Etem̄ sufficiens do-  
ctrina est, nature intuitus; quippe q̄  
possit omnes affectiōes reprimere,  
tranquillitatēq; in animo facere.

Reputa tecum naturam tuā & fa-  
bricam, & sufficit hoc tibi, vt p̄pe-  
tuo contraharis. Fictus est Adam  
de terra, verū non nouit quomodo  
fictus sit. Non em̄ oportebat eorū  
quę fiebant eum testem adesse, vt ne  
attolleretur animo aduersus Deum  
Nam si tāta humilitate circūseptus  
attollitur, & ignorat eum qui se fin-  
xit, si is quod supra naturā est, acce-  
pisset, quisnā immoderatam eius su-  
perbiā capere potuisset. Propterea  
Deus

Deus cum fingeret hominē, & potestates magnas figmēto illi indidit, & humiliationes multas, vt per inditam quidem potestātē, admiratiōni esset opificis gratia: per humiliationē vero, spiritus humani reprimerent. Dedit ei linguā loquentem, Deum laudantē, Diuina canentem, pulchritudines creaturę interpretantē: Sermocinatur de cœlo terrę parua caruncula, lingua, ne duorum quidem digitorū mensurā obtinens, at quid dico digitorū? ne extremi quidem vnguis: Verū extremū illud exiguū de cœlo terrę loquitur. Et ne putet se magnū quidam esse, & supra naturā suā attollatur, se penumero & tubera ipsi circūplicantur, vt discat mortalem se de immortalibus loqui, debetq; cognoscere, quæ vis sit eius, qui predicat,  
& que

& quæ predicantis imbecillitas.  
Dedit ipsi oculum, paruū illud gra-  
num, quo creaturā vniuersam con-  
tuetur, ac ne, vniuersam creaturā a-  
spectu cōprehendens, attollatur: se-  
pe & lippitudines, & lemæ, & lac-  
rymæ, & quæcūq; visum turbant,  
adgenerant, vt ex imbecillitate qui-  
dem seipsum cognoscat, ex opificio  
vero opificem diuino honore colat.  
Si igitur tantā imbecillitatē homo  
circumferens, adeo vilitatis suæ obli-  
uiscitur, vt etiā aduersus opificē in-  
solescat: si hac imbecillitate solutus om-  
nino fuisset, quis eum pertulisset fa-  
stu sese efferentē? Cogita, cū quo cō-  
munices, inflatus, superbiaq; elatus,  
& peregrinū curare erubescens. Et  
quonā modo id fiat inquis? Si qs  
enim honesto loco natus, & illustris  
& splendidus, & nobilis fuerit, ipse  
ne la-



ne lauabit pedes peregrini? Quo  
modo nō turpe id fuerit? Imo ve  
ro nō lauare magis turpe est. Nam  
si decies millies generis nobilitatem,  
claritatē, splendorem iactauerit, eius  
dem naturę particeps est cū eo qui  
lauatur, & conseruus est, pariq; dig  
natione cū eo cui ministrat. Cogi  
ta, quis nā discipulorū pedes lauit, &  
desine de nobilitate generis differere  
Cogitemus naturā nostram, repute  
mus peccata, discamus q̄ simus, &  
sufficit hoc ad humilitatē suggeren  
dam. Is enim seipsum maxime nōz  
uit, q̄ se nihil esse putat. Nihil enim  
Deo tam amicū est, quā v̄t quis  
ī extremis se numeret, Venite enim  
inquit, discite à me, quod mitis sim  
& humilis corde. Nam nisi mitis  
essem, seruaīme matrem, cū sim re  
gis filius, delegissē: nisi mitis essem,  
ad

ad vósne, obtutum oculorū fugiētis  
& aspectabilis substantiæ fabricator  
peregrinatus esse? Nisi mitis essem  
presepisne paupertatē suscepissem,  
ille ego qui creaturæ omnis diuitias  
possideo? Nisi mitis essem, dorsūma  
ne meum flagris pro captiuis præ  
buissem? Quid id quod maius est,  
non dico? Nisi mitis essem, alijs vt  
paterentur obnoxijs, egone nihil de  
bens, mortis debitū p illis exoluiss  
sem? Adēo mitis sum & humilis, vt  
supplicare seruis meis nō erubescam,  
sed orare mihi libet, vt nō sit neces  
se punire. Quoties igit in eam  
cogitationē veneris, vt de humilitate  
te ipsum admireris, cogita Domi  
nū tuū, quo descenderit, & nō admi  
raberis te ipsum amplius, neq; lau  
dabis, verum deridebis, velut qui ni  
hil feceris. Humilis es, & omnium  
homi

hominum humilimus : ne magnifi/  
ce de te sentias propterea, neq; exp/  
bra alijs, & non perdes gloriatiōē  
Propterea humiliter de te sentis, vt  
superbiam fugias : Si igitur p ip/  
sam in superbiā lapsus sis, melius est  
nō sentire humiliter. Modestia nā/  
q; dicitur, non quoties quis à poten/  
ti affectus iniuria fert placide, sed q/  
ties cedit, etiā cū ab ijs, q; inferiores  
esse putantur, leditur. Intuere enim  
Diuinā benignitatem, & cuiusmodi  
curā in proprios suos seruos osten/  
dat. Quando enim Isaac à rege Ge/  
rarorū & loci illius hominibus in/  
iustē proprijs laboribus prohibeba/  
tur, non est cōmotus, neq; pusillani/  
mem sese ostendit, neq; ad seipsum  
vociferatus est, neq; dixit, Ius mihi  
est frui puteo : Numnā Diuino au/  
xilio destitutus sum : numnā puidē  
tia

tia Domini priuatus sum? nihil hu  
iusmodi non cogitauit, nō ratiocina  
tus est, sed modeste ferebat omnia,  
eōq; plus opis desuper adeptus est:  
apparuit enim ipsi Dominus nocte  
illa, dixitq;: Ego sum Deus Abra/  
am patris tui: ne timeas: tecū enim  
sum, & benedixi tibi. Volens enim  
iustum illum recreare, apparet ipsi,  
& ait: Ego sum Deus, qui patrem  
tuum celebrem feci, & in tāto splen/  
dore constitui, & peregrinus cū es/  
set, illius loci hōinibus illustriorem  
effeci: Ego sum ille, qui tantopere  
vt ille cresceret, feci. Ne igitur metu  
as: Tecum enim sum, & multipli/  
cabo semen tuum propter Abraam  
patrem tuum. Multa enim illi pre  
mia debeo, propterea quōd mihi o  
bediuit. Hæc cum audisset iustus il  
le, securus fit postea. Nam qui dixit  
rat

rat, Tecum enim sum, & benedicam  
tibi, & multiplicabo semen tuū: hic  
& splendorem donauit. Vide quan  
ta sit vis humiliationis. Nam qui  
dudum propulerant, nunc accedētes  
ad iustum illum, non modo nō de/  
fendunt ea quæ facta sunt, & veniā  
petūt, verū etiam præconio celebrāt  
Nam quis eo fortior esset, qui Deū  
secum habebat. Videntes enim, in/  
quit, perspeximus, quod Dominus  
tecum sit. Videamus vero quomo  
do & huius filius Iacob persecutiōe  
appetitus peregrinetur: non parua  
enim & hinc vtilitatē fructūq; de/  
cerpemus. Eunte enim eo ī Haran  
occidit sol, sumpsitq; de lapidibus  
loci illius, & posuit ad caput suū, ac  
dormiuit. Vidisti ienarrabilem phi  
losophiam? vidisti quomodo vete  
res peregrinabant? Vir domi enu/  
B tritus

tritus, diligenter curatus, acceptum  
lapidem posuit ad caput suum. As-  
pice pueri virile robur: lapide pro  
cervicali vsus est, humicq; cubuit, atq;  
ideo Domini aspectu dignatus est,  
inquiētis: Ego sum Deus Abraam  
& Deus Isaac patris tui: Ego &  
principem generis, & patrem tuum  
tam inclytos feci. Ne igitur metue,  
sed crede, quòd ego sum, qui & illis  
promissa impleui, & te prouidentia  
mea dignatus sum. Sed & nunc te  
cum sum, custodiens te in toto hoc  
itinere, q̄cunq; iueris. Ne existimes,  
inquit, solū te iter facere, me habes  
bis comitem, me habebis custodem  
in omni itinere. Tecū enim sum. Si  
igit̄ hūiliter de te sentire vis, nō ver-  
bis, neq; habitu solū, sed & re ipsa, &  
voce virtutē illā prę te fer, & ne ad-  
uersus hūc q̄dem humilis, aduersus il-  
lum

Ium vero ferox sis, sed aduersus omnes esto humilis, siue amicus sit, siue inimicus, siue magnus, siue paruus. Hęc enim demū est humilitas. Fieri enim potest, vt humilis sit quispiam, idemq; p̄ceps & iracūdu, sed nihil prodest. Sepenumero enim ira correptus omnia perdidit. Nam veram humilitatem animi hinc maxime doceri licet animaduertentibus : Cum venisset Iesus Capernaum, accesserunt ad Petrum ἱ, qui didrachma accipiunt, & dixerunt : Magister vester non soluit didrachmum. Et vide, ad ipsum quidem Cristum accedere ausi non sunt, sed ad Petrū & ne ad hunc quidem, magna cū vehementia, sed modestius : neq; enim poscentes, sed interrogātes dixerūt : Magister vester non soluit didrachmum? nam opinionem quidem de

B ἱ ipso


ipſo eam, q̄ par erat, nondum habebant, ſed quaſi erga hominem ſic affecti erant, niſi quod pudorē ei quēdam & honorem exhibebant, propter anteacta ſigna. Quid igitur Petrus? etiam, inquit: Et hiſ quidem ſoluere eum, ipſi vero non dixit: veritus fortatte de hiſ eum appellare. Quid igitur iſ qui cuneta plane ſciebat Deus? Anteuertēs ipſum inq̄. Quid tibi videtur Simon, Reges terre à quibus tributa vel cenſum accipiunt? à filijs ſuis, an ab extraneis? Ab extraneis, inquit ille. Dicit ei Ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Ne enim putaret Petrus, quòd cū ab ipſis auდიſſet, dicat, anteuertit eum, hoc ipſum oſtendens, & fiduciam ipſi præbens, expauelcēti prius de hiſ loqui. Quod autē dicit, eiufmodi eſt. Immunis equidem ſum à cenſu dando.  
Nam




Nam si Reges terre à filijs suis non accipiunt, sed à subiectis, multo magis me immunem esse oportet, vt ne poscar, quippe qui nō terreni sed cœlorum Regis sim filius atq; Rex.


Et cum hæc dixisset, ait: Ne vero in nobis offendant, egressus ad mare, iace hamum, & qui primus piscis hæserit, eum tolle, & inuenies in eo staterem, quem acceptum da ipsis pro me atq; te. Vide vt neq; neget tributum, neq; simpliciter dare iubeat: sed vbi prius ostendit non debere, tum demum dat. Atq; hoc quidem facit, vt ne illi offendant, illud vero vt ne hi. Neq; em̄ tanq̄ debens dat, verū tanq̄ infirmitatem illorū corrigens. Quanam vero de causa non de repositis dare iussit? vt in hoc etiam ostenderet se Deum vniuersorū esse, & quod mare quoq; in potesta

te sua habeat: Neq; eĩm parũ erat,  
prædicere, quòd è profundo illo pri  
mus incidet, qui tributũ pendit pis  
cis: iussuq; ipsius extrahere eum, qui  
staterem ferat, quasi qui verriculo il  
luc immissus sit: & facere vt mare i  
ta ferret munera, & vndiq; subiectio  
ipsis ostendatur. Si igit magnũ  
ostendere vis hoc recte factũ, ne ma  
gnifice de teipso sentias, & tunc ma  
ius id commonstrasti. Nam si cum  
peccatores sumus, si putemus id nos  
esse, qd' sumus, iusti existimus, quẽ  
admodũ & publicanus ille: quanto  
magis, q̄t̄ies iusti cũ simus, peccator  
res nos putamus esse? Si eĩm p̄bum  
te dicas factus es iutilis, etiãsi p̄bus  
sis Vt eĩm superbis aduersari, ita gra  
tiam nouit Deus dare humilibus:  
Quia ipsum decet gloria & potes  
tas in secula seculorum. Amen.











XV

BR

XVI WIEK

BROSZURY







